DE DEO LAPSO

COMMENTARIUS

THESIM

FACULTATI LITTERARUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS

PROPONEBAT

JOSEPH SPENCER KENNARD

Quomodo cecidisti de cœlo,
O Lucifer oriens mane!

Ast in Tartarum deduceris
In infimam abyssum.

FLORENTIÆ
TYPIS BARBERANIS
Alfani et Venturi

MCMIV

DE DEO LAPSO

COMMENTARIUS

THESIM

FACULTATI LITTERARUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS

PROPONEBAT

JOSEPH SPENCER KENNARD

Quomodo cecidisti de cœlo,
O Lucifer oriens mane!

Ast in Tartarum deduceris
In infimam abyssum.

FLORENTIÆ
TYPIS BARBERANIS
Alfani et Venturi

MCMIV

IL DIO CADUTO

TESI

PROPOSTA ALLA FACOLTÀ DI LETTERE
DELLA UNIVERSITÀ DI PARIGI

DA

GIUSEPPE SPENCER KENNARD

Come sei tu caduto dal Cielo,
O Stella del Dì, Figlio del Mattino!
. . . . .
E ancora sarai tu precipitato in Inferno,
Nella più remota parte dell'abisso.

FIRENZE
TIPOGRAFIA BARBÈRA
Alfani e Venturi proprietari

—

1904

Joseph S. Kinnaird.

DE DEO LAPSO.

IL DIO CADUTO.

DE DEO LAPSO

PARS PRIOR

De Deo lapso.

FABULA de Deo Lapso, persona omnibus scripto traditis mythis communi, haud absurde videtur ad meteora illa ignea referri, quae subinde de coelo decidere conspiciuntur. Hephaestum, apud Hellenas deum simul elementalemque hunc ignem, de coelo praecipitavit pater eius Zeus. Et in mythologiam christianam irrepsit fabula parum absimilis, cuius ut rationem redderent Patres ecclesiastici, suffulti illi quidem auctoritate joanninae apocalypseos, textum quemdam vatis hebraei in suos sensus intorsere.

IL DIO CADUTO

PARTE PRIMA

Il Dio caduto.

La Favola del Dio caduto, personaggio comune a tutti i Miti trasmessici per iscritto, sembra potersi ragionevolmente riferire a quelle ignee meteore, che di tratto in tratto paiono venirne all'ingiù dal cielo. Appo gli Elleni Giove padre precipitò dall'Olimpo il figlio Efesto, ch'è per essi un Nume e il Fuoco elementare. E pur fra' Miti appiccatisi al Cristianesimo si fece strada una favola poco dissimile, a render ragione della quale i Padri ecclesiastici, appoggiandosi a un luogo della Apocalissi gioannita,

De Deo lapso.

Haec verumtamen apud latinenses populos vel coeruleis oculis germanisco alte radices egisse non videtur; eam forte ob causam, quod praecipitum eiusmodi ostentorum rationem dudum iam referre didicerant ad nativum suum gentilemque mythum, qui nunquam fuerat e mentibus vulgi radicitus evulsus. Annis aliquot ante reformationem quae dicitur religionis, Cestiae in Anglia productus fuit in scenam ludus eius generis, quod misterium appellant, in quo Luciferi de suo statu lapsus agebatur. In visione Petri Aratoris perinde certam, vividam atque vegetam praebet speciem Lucifer ac superbientes illi episcopi quorum est archetypon.

Vidit in alta valle poeta speluncam quandam, castellum nempe aerumnarum. Hic vitam agit qui Kakos dicitur, nequitiae parens auctorque. Adamum

volsero a' sensi loro il testo di un Profeta ebreo. Non pare tuttavia che siffatto Mito fra le Genti latine o fra i Germani occhi-cerulei gittasse profonde radici, perchè di que' lumi cadenti erano usi recar le cagioni ad un Mito lor proprio, che mai dalle menti loro radicalmente fu svelto. Alcuni anni prima di quella, che fu detta Riforma religiosa, erasi a Chester di Inghilterra posto sulle scene un di quei, che chiamavan Misterî, nel quale rappresentavasi appunto la caduta di Lucifero dallo stato suo. Nella visione di Pietro Aratore Lucifero ne porge una esatta e vivida figurazione di que' Vescovi mal superbienti, de' quali egli è ivi l'archetipo. Il Dio caduto.

Imagina il Poeta aver veduto in una valle profonda una caverna, ch' è la Città dei dolori. Qui mena il viver suo quegli che dicesi Kakos (gr. Kakòs,

De Deo lapso. et Hevam hic est qui illexit ut peccarent; qui Caïno suasit fratrem ut interficeret; qui Iscariotam Iudaeorum argenteis ludificavit.

Fuerat in coelo archangelus, inter Dei equites numeratus, formosissimus ille post Dominum Nostrum: sed gloriabundus obsequium sprevit, et simul cum sociis pessum iit: inde in daemonia mutati, citato gradu claudicantes, in Tartarum ruunt; quorum tamen pars aera, pars terras, pars Orcum occupant; locum autem omnium infimum tenet Lucifer.

Non tamen hic Lucifer cum Satana coalescit in unum, etsi per omnia inter sese plane consentiunt: immo vel blanditur Satanas Lucifero de sollertia qua, exuta daemonis specie, viperae formam mentitus, Hevam illexit ut fructus ederet prohibitos: astutia enim praecellit

malvagio), d'ogni nequizia padre ed autore. Questi è, che allettò Eva al peccato; che persuase a Caino di uccidere il fratello; che sedusse per moneta Giuda iscarioto. Il Dio caduto.

Era stato quegli Arcangelo in fra i Baroni del celeste Regno bellissimo dopo il Signor nostro; ma, di se stesso gloriandosi, neglesse il debito ossequio, e coi compagni ne andò in perdizione; talchè, mutati in Dimonia, a gran fretta zoppicando precipitarono nel Tartaro; dei quali tuttavia, parte l'aere, parte le terre, parte occupan l'Orco; di tutti tien l'infimo luogo Lucifero.

Non confondesi qui, peraltro, Lucifero con Satana, tuttochè quasi in ogni cosa tra sè si convengano; che anzi, Satana dà lode a Lucifero di quella sua solerzia, mercè la quale, spogliate le sembianze di Dèmone, e assunte quelle di vipera, aveva indotto

De Deo lapso.

Lucifer, vi et audacia Satanas. Satanas est qui bella ciet, qui portas obserandas suadet: Satanas est — hic autem auctor visionis, quisquis fuerit, contingit Miltonem qui, ut novimus, summum hunc mediae literaturae anglicae satiricum assidue versabat — qui Astrotum concitat ad pulverem igneum et tormenta bellica conficienda, « ut prius Auctor Lucis detineatur quam splendoribus oculos nostros occoecet ». Qui vero regno obscuro imperitabant necesse habebant dicto audientes esse. Narrat praeterea Petri Aratoris auctor patriarcharum ex inferis liberationem, de qua (sive de pseudo evangelio Nicodemi) inclutum illud episodium est Dantis in cantu quarto Inferorum. Sed obruta fuit et deleta haec catholicorum hominum traditio novo coelo novaque tellure, quae in literas anglicas intulerunt scenici

Il Dio caduto.

Eva a gustare i frutti proibiti; imperocchè prevalga per astuzia Lucifero, per audacia Satana. Satana è, che suscita le guerre; Satana — e qui, qual ch'e' sia, l'autore della Visione si conviene col Milton, che, com'è noto, di questo sommo satirico della media letteratura inglese era assiduo lettore — quegli che instiga Astarotto a fabbricare la polvere da fuoco e le armi da getto, « acciò l'Autore della Luce si arresti prima che ne acciechi co' suoi splendori ». Quelli poi che nell'oscuro Regno imperavano, dovevano pure ottemperare al suo detto. Narra inoltre l'autore di Pietro Aratore la liberazione dei Patriarchi dagli Inferi, d'onde (se pur non è dallo pseudo evangelio di Nicodemo) il celebre episodio di Dante nel Canto quarto dell'Inferno. Ma fu pressochè sopraffatta e cancellata questa tradizione dei Cattolici

De Deo lapso. poetae aevi elisabethaei. Diaboli eiusque apparatoris Vitii nullam habebant rationem Shakespeare et aequales illi dramatici poetae. Marlowe, confessus ille irrisor, solebat profecto in theatrum Diabolum producere: ast Marlovi Diabolus distinctione illa proprietatum subtili omnino caret, omnique horrifica specie. Germanorum doctae skepseos viva est imago Mephistopheles: nec mirum in universa teutonica literatura, quae, qua saltem scenam respicit, elisabethaeis dramaticis ortum suum referat oportet acceptum, nullam spiritualis sive boni sive mali analysin exstare subtiliorem. Ipse Goethe, homo si quis usquam fuit, et suus et ingenio copiosissimus, adhaerebat arctius irrisori Marlovo; et adeo est alienus a vehementi illo venerabundoque studio, quo flagrabat animus Aeschyli, Miltonis et Dantis,

da nuovo cielo e nuova terra, che nella Letteratura inglese indussero i poeti scenici dell'evo elisabetiano. Del Diavolo e del Vizio suo apparatore niuna idea avevano lo Shakespeare ed i Poeti suoi contemporanei. Il Marlowe, quello aperto schernitore, soleva certo trarre in scena il Diavolo; ma questo Diavolo del Marlowe manca del tutto di quelle sottili facoltà e d'ogni orrifica parvenza. Del dotto dubbio germanico viva imagine è Mefistofele; ned è maraviglia se nella Letteratura teutonica, la quale, per quel ch'è della scena, deduce la origine sua da' Poeti elisabetiani, non trovisi niuna più sottile indagine del Bene o del Male spirituale. Lo stesso Goethe, uomo, se altri mai, originale e di copiosissimo ingegno, tenevasi da presso all'orma dello schernitore Marlowe; e da quel veemente e venerabondo affetto, di che ar- Il Dio caduto.

De Deo lapso. ut eum non poeniteat in scenam producere nequitiarum omnium auctorem cum Fonte ipso Bonorum colloquio iocantem. Marlovo mythi omnes, sive Hebraeorum sive Classicorum, in oblivionem iam abierunt; et quamvis Achilles, Hector et omnes Hellenum dii deaeque nubes perrumpant duplici testus veteris versione obtentas, tamen apparent ore vultuque obscuratis, moribus in hos recentiores mutatis, praeter nomina ita anglicizati ut vix, et ne vix quidem, possint agnosci.

Sub hoc grandi cumulo e tribus fontibus profluebant rivuli in amnem confluentes, cuius ripas frequentare solebat musa miltonia, quamquam a catholicorum hominum mente vatis ingenium erat prorsus alienum: natale poetae solum sapiebat, sapiebat pu-

deva l'animo di Eschilo, di Dante e del Milton, tanto è lontano, che non rifugge dall'indurre sulla scena a festevole colloquio l'Autore d'ogni nequizia col Fonte stesso di tutti i Beni. Al Marlowe i Miti tutti quanti sì de' Classici, sì degli Ebrei, sono usciti di mente; e tuttochè Achille ed Ettore, e tutti gli Dei e le Dee degli Elleni rompano le nubi dalla duplice versione del loro testo frapposte, tuttavia sì ne appaiono nel volto oscurati, sì mutati del costume dall'antico nel nuovo, sì fatti inglesi fuorchè ne' nomi, che a stento si riconoscono. **Il Dio caduto.**

Sotto un cotanto cumulo da tre fonti sgorgavan rivoli confluenti ad un fiume istesso, le cui rive frequentar soleva la Musa del Milton, tuttochè da quel de' cattolici fosse l'ingegno di quel Poeta di gran lunga alieno, come quel che in tutto teneva del nativo suo

De Deo lapso. ritanismum: Satanae miltonio nihil est cum immani illo Diabolo commune, qui in veteribus mysteriis ad fauces inferorum discursabat vociferans et ululans. Iahve autem Hebraeorum Miltoni extitit Pater Universalis, et Satanas princeps auctorque summus malorum omnium; dum dii deaeque Hellenum et Romanorum eum tantum locum obtinent, ut ei assectatores adstent. Minime et miltonius Satanas Christianorum Lucifer: quod optime expressit Shelley: « Persona eius — miltonii Satanae — suggerit periculosa sophismata, quibus quis delicta eius cum injuriis quas perpessus est compensare studeat et, quod hae omnem modum excesserint, illa excuset »; aliter dictum: dum legimus, fortunam eius miseramus: humana omnino persona est, nequaquam horrifica. Pompa qua circumdatur amplissima id tantum facit,

suolo; il Puritanismo. Al Satana del Milton nulla è comune con quel Diavolo immane, che ne' vecchi Misterî scorrazzava in sulle foci d'Inferno, vociferante, ululante. Lo Jehovah ebraico era al Milton, invece, Padre universale, e Satana principe ed autor d'ogni male; mentre gli Dei e le Dee degli Elleni e de' Romani, tanto ebbero di luogo appo lui, quanto bastava perchè avessero settatori. Il Satana del Milton non è per nulla il Lucifero de' Cristiani; di che scrisse ultimamente lo Shelley: « Il Personaggio di lui suggerisce invero pericolosi sofismi, quand'altri, bilanciando i delitti di lui colle pene ch' egli patisce, poichè queste oltrepassano ogni misura, è indotto a scusar quelli »; od altrimenti: al leggere i casi di lui ne sentiamo pietà, e la persona di lui ne apparisce all'intutto umana e per nulla orrifica. Il Dio caduto.

De Deo lapso. ut altius nos misereat cruciatuum tanta animi magnitudine toleratorum. Quid autem humanius, quid excogitari possit magis idoneum ad animos movendos quam illud:

> . . . . To speak
> Thrice he assayed, and thrice, in spite of scorn,
> Tears such as angels weep bust forth.

« Ter loqui conatus est et ter, etsi contemtui esset, eruperunt lacrimae quales fundere queant angeli ». Quas cum Luciferi lacrimis confer, Inf. cantu ultimo: « Sex flebat oculis et in tria menta stillabant lacrimae cum saliva cruenta ».

Fierine potest ut miltonius ille et hic danteus vel idem sint et unus, vel etiam propinqui? Vix videtur; attamen quod sequitur opinioni favet: « Ma-

E che potrebbesi, infatti, pensar di più umano, o più atto a commoverci, che quel suo: *Il Dio caduto.*

> *. . . . . To speak*
> *Thrice he assayed, and thrice, in spite of scorn,*
> *Tears such as angels weep bust forth.*

« Tre volte tentò parlare, e tre volte, a suo dispetto, gli sgorgarono lacrime, quali piangere possono gli Angeli soli». Colle quali lacrime son da raffrontare quelle di Lucifero che, nell'ultimo dell'Inferno dantesco:

> *Con sei occhi piangeva, e per tre menti*
> *Gocciava pianto e sanguinosa bava.*

E può egli credersi che quel miltoniano e questo dantesco Lucifero siano una cosa medesima, o nemmeno vicini? A stento lo crederemmo; e tut-

De Deo lapso. gister eum mihi monstravit, qui olim pulchritudine claruerat »; ac deinde: « Olim si aeque formosus fuit ac nunc est teter.... ».

Hic bis refert Dantes illam ipsam fabulam, unde inclutum illum daemonem suscitat Milton. Quod tamen Dantes secundo loco habet, fere hypothesis est: dubius haerere videtur an credere liceat fabulae. Illam eandem fabulam toto animo amplectitur Milton et, reiecto quicquid in ea agrestius esset, omnimode venustat et sui ingenii opibus Satanae imaginem conflat, haud omni ex parte admiratione suspectuque indignam: quae quidem omnia Dantes, suo more modoque agendo, Luciferum suum evolvit, personam aeque Deo omnibusque morta-

tavia sembrano a questa opinione consentir quel dantesco:

Il Dio caduto.

> *Al mio Maestro piacque di mostrarmi*
> *La crëatura ch'ebbe il bel sembiante.*

e l'altro:

> *S'ei fu sì bel com'egli è ora brutto.*

Qui riferiscesi Dante due volte a quella medesima favola, da cui dedusse il Milton quel suo inclito Démone. In quel secondo luogo di Dante è, tuttavia, quasi una ipotesi; e' sta in dubbio se abbiasi o no da credere alla leggenda. Con tutto l'animo, per contro, accoglie il Milton cotesta favola, e rigettato quanto in essa era di più greggio, l'abbella per ogni modo, e colle posse del proprio ingegno foggia di Satana una imagine non indegna per ogni rispetto di ammirazione; le quali cose tutte Dante trattando al modo e senno proprio, ne svolve il suo Lucifero, per-

De Deo lapso.

libus exsecrandam. Incipiunt utrique e terra. Miltonis animus cum ascendisset, Satanum comperit Deo proximum; descendit Dantes in interiora terrae, et in infima abysso invenit Ditem.

Recentioris cuiusdam poetae exemplum auxilio forsan nobis erit ad comprehendendam summorum vatum vim imaginativam; quae quidem vulgo creativa reputatur, quin tamen ita sit. Vulgi ipsius, ipsius generis humani vis omnis imaginandi est quae creet: vatis ingenium transmutativum: tale fuit Shelleyi ingenium. Fabulis troici epeos Shelleyi animus affluebat; vescebatur, ut ita dicam, poesi heroica atque dramatica graia latinaque; nec obici erant illi minae interdictaque religionum quominus in hac parte ingenio suo libere indulgeret.

sonaggio a Dio del pari ed a' mortali tutti esecrando. Muovono l'uno e l'altro dalla Terra; ma l'animo del Milton, levatosi in alto, trova prossimo a Dio il suo Satana; Dante, disceso nelle viscere della Terra, trova nell'infimo abisso Dite. **Il Dio caduto.**

L'esempio d'un cotal Poeta più moderno ne aiuterà, forse, a comprendere la potenza imaginativa de' due sommi Vati; la quale dal volgo reputasi creativa, mentre è tutt'altro. Di esso volgo, di esso Genere umano è la potenza imaginativa, che crea; trasformativo è l'ingegno del Poeta, e tale fu l'ingegno dello Shelley. Delle epiche favole troiane era pregno l'animo dello Shelley, pasciuto, per così dire, della poesia eroica e drammatica greca e latina; nè gli facevano ostacolo le minaccie o i divieti delle religioni, ch' e' non indulgesse liberamente per questa parte al suo genio.

De Deo lapso.

Shelley in Prometheo suo vinclis soluto apparatum personasque aeschyleas mutuatus est: idem fere utrimque est Apollo; Furiae autem shelleyanae referunt potius primordiales illas Diras quam Eumenidas aeschyleas: immo, ne somniat quidem Shelley Furias umquam benevolas futuras, sive Eumenidas. Prometheus apud Shelley deus quidam est, qui labores cruciamentaque tolerat hominum causa; Zeus autem malus omnino et malevolus; pone quos in solio eburneo Daemogorgon sedet tenebrosus, informis, ingens, haud multum diversus ab illis Vergilii Fatis.

Religio est quae ingenio vatis praesidet finesque ei praescribit: Miltoni religio imposuit Iahven Hebraeorum; mera religione deorum suorum gentilium instinctus, Apollini derogat Aeschylus honores: humile tantum of-

Il Dio caduto.

Lo Shelley, nel suo Prometeo disciolto, tolse quasi a prestito l'apparato e i personaggi d'Eschilo. Identico è Apollo e nell'uno e nell'altro; ma le Furie shelleiane ritraggono piuttosto le Dire primordiali che le Eumenidi eschilee; che anzi, neppure s'imagina lo Shelley che le Furie abbiansi mai a farsi benevole, vale a dire Eumenidi. Prometeo appo lo Shelley è un cotal Nume, che travagli e tormenti tollera per amore degli uomini; Zeus è, invece, malvagio all'intutto, e malevolo; presso i quali siede in eburneo soglio il Demogorgone, tenebroso, informe, immane, non molto diverso da' Fati di Virgilio.

La religione è quella che all'ingegno del Vate presiede, e gli prescrive i confini; al Milton la religione impose lo Jehovah degli Ebrei; mosso da mera religione de'gentilizî suoi Numi, nega Eschilo le onoranze ad Apolline, cui

De Deo lapso.

ficium ei delegat Erinnyas moderandi; ipsas autem Erinnyas iubet et re et nomine esse Eumenidas, sive benevolas. Fungebatur item Aeschylus illo eodem munere, quod Milton sibi iniunxit:

> To assert eternal Providence
> And justify the ways of God to men;

« aeternam deorum providentiam divinaque consilia hominibus vindicandi ». Quod ut cesserit utrisque, an prospere an secus, videbimus infra: tale nil sibi disceptandum proposuit Shelley. Hic in primo suo ludo « goat song » vocat anglice, vel in minimis Hellenum sequax religionis instar habet Hellenum literas atque ingenia colere. Pressim haeret vestigiis Aeschyli: in mythologia autem christiana liber prorsus versatur et solutus; cum tamen de Deo Christianorum dicendum sibi pro-

consente solo l'umile ufficio del moderare le Erinni, ed alle Erinni stesse impone di farsi e di nome e di fatto benevole, cioè Eumenidi. Adempiva così Eschilo quell'ufficio stesso, che il Milton si impose più tardi: *Il Dio caduto.*

> *To assert eternal Providence*
> *And justify the ways of God to men:*

« asserire la Provvidenza eterna, e giustificare tra gli uomini le vie del Signore ». Il che come riuscisse all'uno ed all'altro, se felicemente o no, vedremo in appresso. Ma niuna siffatta disceptazione erasi proposta lo Shelley. Questi, nel primo suo canto, « goat song » lo chiama in inglese, e pur nelle minime cose imitatore de' Greci, tiene come una religione il culto degli ingegni e delle lettere greche. Ricalca quindi, studiosamente, le orme di Eschilo; ma nella leggenda cristiana libero e sciolto

De Deo lapso. posuit, relicta poesi dramatica, metra modosque spencira, forte haud omnino feliciter, usurpabat.

Two powers o'er mortal thing dominion hold
Ruling the wordl with a dividet lot,
Immortal, all pervading, manifold,
Twin Genii, equal Gods,
O'er the wide wild abyss two meteors shone,
A blood-red Comet, and the Morning Star,
Mingling their beams in combat — as he stood,
All thoughts within his mind waged mutual war,
In dreadful sympathy — when to the flood
That fair Star fell, he turned and shed his brother's blood.
Thus evil triumphed, and the Spirit of evil,
One Power of many shapes, which none may know;
One Shape of many names; the Fiend did revel
In victory, reigning o'er a wordl of woe,
For the new race of man went to and fro,
Famished and homeless, loathed and loathing, wild,
Hating good, for his immortal foe,
He changed fom starry shape beauteous and mild,
To a dire Snake, with man and beast unreconciled.
And the great Spirit of Good did creep among
The nations of mankid, and every tongue
Cursed, and blasphemed him as he passed; for none
Knew good from evil, though their names were hung
In mockery o'er the fane where many a groan,
As King, and Lord, and God, the conquering Fiend did own.

« Mortalibus rebus duae praesident potentiae, terrasque divisa sorte re-

si aggira; e propostosi di parlare del Dio de' Cristiani, lasciata la poesia drammatica, fa suoi, non del tutto felicemente, i metri e i modi dello Spencer. *Il Dio caduto.*

Two powers o'er mortal thing dominion hold
Ruling the wordl with a dividet lot,
Immortal, all pervading, manifold,
Twin Genii, equal Gods,
O'er the wide wild abyss two meteors shone,
A blood-red Comet, and the Morning Star,
Mingling their beams in combat — as he stood,
All thoughts within his mind waged mutual war,
In dreadful sympathy — when to the flood
That fair Star fell, he turned and shed his brother's blood.
Thus evil triumphed, and the Spirit of evil,
One Power of many shapes, which none may know;
One Shape of many names; the Fiend did revel
In victory, reigning o'er a wordl of woe,
For the new race of man went to and fro,
Famished and homeless, loathed and loathing, wild,
Hating good, for his immortal foe,
He changed fom starry shape beauteous and mild,
To a dire Snake, with man and beast unreconciled.
And the great Spirit of Good did creep among
The nations of mankid, and every tongue
Cursed, and blasphemed him as he passed; for none
Knew good from evil, though their names were hung
In mockery o'er the fane where many a groan,
As King, and Lord, and God, the conquering Fiend did own.

« Alle mortali cose due potenze preseggono, e reggono, divise fra loro,

De Deo lapso.

gunt, immortales illae, omnia penetrantes, multiformes, gemina numina, dii aequales. Supra vastam tumultuantemque abyssum fulgebant ostenta duo, sanguineus Cometes et Lucifer sidus matutinum, et radios suos praeliando miscebant. Proelium spectat primus terrarum incola, eique pugnant inter se omnes mentis cogitationes, consonant nempe horrendis coelitum iris. Cum praeceps cecidit in undas fulgidus ille Lucifer, conversus homo fratris sui sanguinem fudit; et inde triumphum egit Malum, malique Genius, infelicissimo dominans mundo; hominum enim novum genus huc illuc errabat, famelicum, vagabundum, tetrum et horridum, ferum et quidquid esset boni perosum: Hostis enim ille adversarium suum immortalem Luciferum, formosum atque benignum de forma siderea mutaverat in anguem

le terre; immortali, dovunque penetranti, gemelli numi, Dei uguali. Sovra il vasto tumultuante abisso fulgevano i due portenti, la sanguigna Cometa, e Lucifero astro matutino, ed i raggi proprî battagliando mescevano. Mira la pugna il primo abitator delle terre, ed a lui tenzonano nell'animo tutti i pensieri, che alle orrende ire dei celesti rispondono. Quando precipite cadde nell' onde lo splendido Lucifero, ed ecco l' uomo spargere il sangue del fratel suo; e indi in poi trionfò il Male, ed il Genio del male, fatto signore del Mondo infelicissimo; imperocchè la novella schiatta degli uomini di qua di là errava famelica vagabonda, tetra ed orrida, fiera e d'ogni cosa, che buona fosse, nemica; poichè il Nemico, quell' immortale Lucifero avversario suo, così bello come benigno aveva dalla siderea sua forma tramutato in — Il Dio caduto.

De Deo lapso. hominibus ferisque formidandum. Et magnus ille et benignus Spiritus repebat per gentes omnes, eique maledicebat et obloquebatur omnis lingua praetereunti: internoscebat enim nemo Bonum et Malum, etsi nomina eorum ad ludibrium pendebant supra templum illud, unde innumeri gemitus Dominum et Regem et Deum esse proclamabant qui vicerat ».

Quemadmodum Shelley Luciferum hunc de Miltonis Satana deduxit paullo in diviniorem speciem mutatum; et sicut deos furiasque e thesauro aeschyleo fere integros hausit; sic ipse Aeschylus Homero deos suos omnes coelestes, terrestres, inferos acceptos refert. Et tametsi in Iliade et Odysseide aliquantum fuerunt Homeri ingenio ab inconcinnitate primordiali redempti, usque tamen crassiores, agrestiores exstabant. Sunt enim non solum an-

serpente agli uomini paventoso, e alle fiere. E quel grande e benigno Spirito strisciava fra le genti tutte, e al suo passare ogni lingua lo malediceva e oltraggiava; dacchè nessuno distingueva omai tra il Bene e il Male, quantunque i nomi loro pendessero a ludibrio sul tempio donde innumerevoli gemiti Signore e Re e Dio proclamavano colui, che avea vinto ». Il Dio caduto.

Al modo che lo Shelley dal Satana del Milton dedusse questo suo Lucifero, mutato in sembianza alquanto più augusta, e dal tesoro eschileo attinse pressochè per intiero i suoi Dei e le sue Furie; così lo stesso Eschilo deve tutti ad Omero i suoi Dei celesti, terrestri e infernali. E sebbene il genio di Omero nell'Iliade e nella Odissea li redimesse alquanto dalla primordiale rozzezza, rimanevano tuttavia crassi alquanto ed agresti; chè non pure sono antropomorfi, ma recano

De Deo lapso.

thropomorphi, dii nempe ex hominibus facti, quin immo notas produnt sui status primordialis cum mera esset elementa; apud Homerum enim Zeus hominum deûmque parens ipsum coelum est, sicut est ipse oceanus Poseidon; Hephaestus autem, aethereis sedibus deturbatus, homuncio fit comis et facilis, mortalibus amicus, et Promethei archetypon.

Quae quidem omnia summum et maxime solitarium omnium, quae umquam in Hellade fuerunt ingeniorum, notat et illustrat, et ea vehementia indignatur ut vel ipsa indignatio praecipuo stimulos huic praeclaro operi moliendo subdidisse videatur. Factiones, proditiones sunt inter deos: nova domus regnatrix imperat Olimpo. Zeus pater universalis et ipse patrem habuit; qui ubi nunc est? Et ipsi Iovi erit aliquando filius, ut bene scit Ae-

manifeste ancora le traccie di quel loro stato primordiale, quand' erano meri elementi; appo Omero, infatti, Zeus, padre degli Uomini e degli Dei, è tutt' uno col Cielo, come Poseidone col mare; ed Efesto, dalle eteree sedi sbalzato, diviene un omaccino compagnevole e facile, amico ai mortali, ed archetipo di Prometeo. **Il Dio caduto.**

Le quali cose tutte quel sommo e singolarmente solitario di quanti ingegni furono nell'Ellade avverte e nota, e con tanta veemenza se ne indigna, da far credere che la indignazione l'abbia co' suoi stimoli principalmente spronato all'opera illustre. Fazioni, tradimenti trovan luogo fra gli Dei; una nuova Dinastia impera nell'Olimpo. Quello Zeus padre universale ebbe pure anch' egli un padre; il quale, ora, ove è egli? E Giove avrà egli alla sua volta

De Deo lapso.

schylus. Interea clamitant Erinnyes: « Vetusti mihi honores perstant etsi aedes subter terras habito in tenebris longe a solis iubare ». (Eumen., 383 sqq.).

Prometheo et Aeschylo vel Hermes Dios nuntius merum mancipium est, minister tyranni:

ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον.

(Prom., 941-2).

« At enim hic cerno Iovis cursorem, illum novi regis ministrum », qui et ipsis Erinnysi contemptui est, invidia nempe servarum veterum adversus superbientem iuvenem:

ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος.

(Eumen., 731).

« Quandoquidem me senem deam iuvenis proteris ». Deorum numina pri-

un figlio, com' Eschilo sa bene. Frattanto gridano alto le Erinni: « Restano a me le vetuste onoranze, tutto ch' io abiti sotterranee tenebrose sedi, lungi dallo splendore del Sole ». (Eumen., v. 383 e seg.). **Il Dio caduto.**

A Prometeo e ad Eschilo anco Ermete nunzio di Giove è mero mancipio, ministro al tiranno:

ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον.

(Prom., 941-2).

« Veggo io qui il cursore di Giove, quel ministro del novello re », che alle Erinni stesse è in dispregio, pure per la invidia d' antiche serve verso il mal superbo giovine:

ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος

(Eumen., 731).

« Posciachè me vecchia Dea tu giovine schernisci ». La deità de' Numi l' inge-

De Deo lapso.

mitivorum hominum ingenium cogitando invenit in naturae vicissitudinibus, in ventis, in maris aequore, in coelo et nubibus, in tempestatibus, inundationibus, cladibus: prout hominum saluti sive prodesse sive obesse viderentur, causae naturales sunt habitae pro diis sive benevolis sive malevolis, Ormuzdis sive Ahrimanis. Hellenes autem vel super ipsa numina deorum commenti sunt Moeram malis bonisque mixtam.

Ita Hellenibus rerum elementa personae sunt, dii sunt et colenda sunt pro diis. Ita loqui oportebat quisquis vellet se vel sibi vel aliis intelligi: nec secus intelligi poterat: et qualis esset cumque sua sibi opinio de mythis cosmogoniisque, in his saltem habebat aliquam normam cogitandi. Hinc multa per saecula concordes videbantur Hellenum conceptus cum rerum natura,

gno degli uomini primitivi trovò in pensando alle vicissitudini della natura, a' venti, alla distesa de' mari, al cielo, alle nubi, alle procelle, alle inondazioni, alle stragi; e, secondo che alla salute umana parevano dover giovare o nuocere, le cause naturali si ebbero in conto di Deità benevole o malevole, di Orosmane o di Arimaze; gli Elleni poi sovra la possanza degli Dei imaginarono Moira (la Necessità) mista di beni e di mali. Il Dio caduto.

Per gli Elleni gli elementi delle cose sono persone, son Dei, e venerabili come Dei. Così parlar conveniva chiunque volesse a se stesso ed agli altri esser chiaro; e qualunque opinione altri avesse circa a' miti od alle cosmogonie, in queste aveva pure una cotal norma del suo pensiero. Quindi per molti secoli parvero accordarsi colla natura delle cose i concepimenti degli Elleni, nè

De Deo lapso.

nec ullum periculum impendere religionibus popularibus. Potuissent utrique in suo sibi mundo perinde vulgus atque philosophus illaesa concordia mentium vitam agere, unum ni obstitisset; usus nempe divinarum et humanarum rerum longo temporis tractu cumulatus, quem nostrates experientiam solent spiritualem appellare: quo animi in sese anxio reflexu, si voces in significatione nobis solita usurpaveris, carebant profecto Hellenes; alicui tamen non omnino dissimili affectui fuisse obnoxios iam inde fere ab aevo homerico coniectare est: in Socrate culmen attigit.

Haec qualis fuerit rerum divinarum conversatio longe pone usum sensumque rerum materialium longiusque intellectualium tardabatur. Gnaviter obnisus est Aeschylus obsoletas et

pericolo alcuno minacciò le popolari religioni. E avrebbero potuto, nell'ámbito proprio entrambi, e il filosofo e il volgo procedere con inalterata concordia, se una cosa non vi avesse fatto contrasto; quella pratica, cioè, delle divine cose ed umane, per lungo tratto di tempo accumulata, che a' dì nostri chiamasi esperienza spirituale; del quale affannoso ripiegamento dell'animo sopra se stesso, se la parola abbiasi a prendere nel significato a noi più consueto, mancavano propriamente i Greci; ma che ad un cotale non molto dissimile affetto fossero sino dall'evo omerico soggetti, ne è lecito argomentare. Toccò questo poi il suo culmine in Socrate.

Il Dio caduto.

Questa qualsivoglia considerazione delle cose divine, lungamente quanto alla esperienza delle cose materiali, più lungamente quanto a quella delle intellettuali si fece aspettare. Ben adopera-

De Deo lapso.

antiquatas popularium suorum religiones purgare, sed ipsa ingenii hellenici natura obstabat. Aequalibus suis nodum quaestionis aliqua ex parte innuere quidem poterat; sequioris autem aetatis Atheniensibus, qui tragoedias euripideas spectabant, merum aenigma esset Aeschyli Prometheus Vinctus. Cernere sibi videtur Aeschylus ingentem aliquam vim, quae tandem deos aliquando de soliis suis sit deturbatura. Sed ea quae intra animum sibi sunt recondita nequit promere vel hominum mentibus commodare: mediis tenebris versatur: memor religionum populus, si quid coniectare licet, mente haud parum anxii spectabant: nec quidem diu toleraverunt Athenienses durum fabulatorem, reperto mitiore: sic theologi dehinc gaudet auctoritate Aeschylus; fit successu Euripides beatus, felixque tragoediarum faber.

vasi Eschilo a purificar le oscure e invecchiate religioni dei suoi concittadini; ma la natura stessa del genio ellenico gli si opponeva. Ai contemporanei suoi poteva in qualche parte fare intendere il nodo della questione; ma agli Ateniesi di una minore età, che assistevano alle tragedie euripidee, sarebbe stato un mero enigma il Prometeo legato di Eschilo. Sembra ad Eschilo di scorgere una cotal grande possanza, che abbia un giorno a sbalzare de' sogli loro gli Dei; ma le cose nel fondo dell'animo suo recondite non può manifestare, o adattare alla comune intelligenza; ei si aggira fra le tenebre e il popolo, tenace delle sue religioni, sedeva a spettacolo, come lece argomentare, con non poca ansietà; nè più a lungo tollerarono gli Ateniesi questo arduo favolatore, trovatone uno più agevole; così godrà da indi in poi Il Dio caduto.

De Deo lapso.

Dii, ut saepius dixi, principio elementa fuerunt naturae personata: iidem sacrorum vatum Homeri, Hesiodi, Aeschyli et apud latinos Vergilii, omnis praeteriti temporis scilicet testium, meditaminibus exculti, purgati, fiunt similes hominum dii, deorum similes homines. Interea vulgi postulatis mos est gerendus, qui deos sibi poscunt mera elementa, deos procellarum, cladium deos, qui pectora angant: hoc fonte ortae sunt Harpyiae, Erinnyes aeschyleae, Vergilii Fata, Shelleyi Furiae, immo forte et canes miltonii inferorum, foetus illi incesti Culpaeque Mortisque.

Liberet et Mercurii, qui in Shelleyi Prometheo vinclis soluto Furias mo-

autorità di teologo Eschilo; Euripide si guadagnerà l'aura popolare, beato e felice artefice di tragedie. Il Dio caduto.

Gli Dei, come ho già ripetuto, furono in principio elementi di natura personificati; e questi, dalle meditazioni dei sacri Vati Omero, Esiodo, Eschilo appo i Greci, ed appo i Latini Virgilio, testimoni tutti quanti della antichità, elaborati e purificati, divengono Dei simili ad Uomini, Uomini simili a Dei. Convien frattanto aver riguardo alle consuetudini del volgo, che vuol fatti Dei i meri elementi, Dei delle procelle, Dei delle stragi, che forte perturbino gli animi; e da questo fonte nacquero le Arpie, le Erinni eschilee, i Fati di Virgilio, le Furie dello Shelley, e fors'anco i Cani dell'inferno miltoniano, quelli incestuosi figli del Peccato e della Morte.

Ne piacerebbe rintracciare in tra gli Dei elementi delle cose le origini di

De Deo lapso. deratur, originem inter deos rerum elementa perquirere; sed altis premitur tenebris. Plane idem est ac aeschyleus ille Apollon qui et Homeri Phoibos Apollon, de cuius origine nominis disputatur: notare tamen lubet apud Ioannem Bunyan Apollinem eumdem esse ac Apollyona (sive Apollyonta, qui caedes edit). Unde inferri possit miltonium archangelum lapsum gloriam suam aliqua ex parte mutuari de pennato nuntio deorum antiquorum, qui tamen Aeschylo contemtui sunt ob originis novitatem. Sed quamquam solutus sit nexus Apollinem inter et elementa illa naturae, veri tamen simile est temporibus praehistoricis eum luis pestisque atque procellae fuisse deum, visu horrendum et hominum mentes terroribus implentem.

quel Mercurio, che nel Prometeo disciolto dello Shelley è moderator delle Furie; ma è sepolta in profonde tenebre. Forse egli è tutt' uno con quell'Apollo eschileo, che è pure il Febo Apollo di Omero, del cui nome è disputata la origine; dobbiamo tuttavia notare che presso Giovanni Bunyan Apolline è tutt' uno con Apolliona, od Apollionte, colui, cioè, che mena strage. Onde potrebbesi argomentare che l'Arcangelo caduto del Milton tolga in prestito parte della sua gloria dal pennato nunzio di quegli antichi numi, che Eschilo ha a vile per la troppo recente origine. Ma sebbene sia sciolto il vincolo tra quello Apolline ed i naturali elementi, è peraltro verisimile che ne' tempi preistorici egli fosse il Dio de' morbi, della peste e della procella, orrendo in vista, e cagion di terrore alle menti mortali.

Il Dio caduto.

De Deo lapso.

